



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Brvckeri Regiae Scient. Societatis, Qvae Berolini
Floret, Membri Historia Critica Philosophiae**

A Tempore Resvscitarvm In Occidente Litterarvm Ad Nostra Tempora

Brucker, Johann Jakob

Lipsiae, 1744

Ad Tom. IV. Part. II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-28327



AD TOM. IV. PART. II.

Pag. 12. l. 33. pro *liberis*, l. *libris*. p. 13. l. 5. pro *anno*, l. *anni*. p. 15. l. 7. a fin. pro *Scioppus*, l. *Scioppius*. p. 18. l. 24. pro *Gatterius*, l. *Galterius*. p. 19. l. 12. del. *ipse*. p. 20. l. 26. pro *qui*, l. *quia*. p. 56. l. 29. 30. pro *et a Bruno diserte affirmare*, l. *tum a Bruno diserte affirmari*. p. 63. l. 18. pro TELLERVS, l. FELLERVS. pag. 65. l. 15. post *duxisse*, add. *secum*. p. 73. l. 16. pro *ostendat*, l. *ostendit*. p. 87. l. II. pro *Madratus*, l. *Madrutius*.

P. 101. not. b. Prolixiorem Organi huius noui enarrationem exhibet, GASSENDVS, *Log. L. I. c. 10. T. I. Opp. p. 62. sqq.* qui recte Verulamio tribuit, aflu vere heroico nouam eum viam tentare esse aggressum. Paulo clarius cogitationes Verulamii hoc loco Gassendus, vt erat peritissimus perspicuitatis artifex, explicuit, omnino ab illis consulendus, qui prolxiorem ipsius Baconi scriptionem adire nolunt.

Pag. 102. l. 13. pro *scipta*, l. *scripta*. p. III. l. 9. a fin. pro *dum*, l. *tum*. pag. 114. l. II. pro *sublata*, l. *sublati*. p. 116. l. 3. pro *Neapolis*, l. *Neapoli*. p. 117. l. 22. del. *quam*. p. 120. l. 21. voc. *Gassendi*, add. not. Extant duae Campanellae ad Gassendum Epistolae, T. VI. *Opp. p. 407. 408.* ex quibus character philosophi a Gassendiano diuersissimus disci potest. p. 122. l. 25. pro *ex*, l. *et*. p. 124. l. 7. post *pietate*, add. *minus*.

Pag. 136. lin. 24. Paucis quoque placita Campanellae physica complexus est P. GASSENDVS, *Phys. Sect. I. L. III. c. 3. T. I. Opp. p. 246. seq.* quae cum dictis comparanda sunt, quoniam vno oculi ictu totum systema Campanellae comprehendi ita potest.

P. 143. l. 9. pro *patientia*, l. *potentia*. p. 145. l. 3. a fin. post, *exponere*, add. *aggressi sunt*. p. 146. l. 4. pro *Malbesburiae*, l. *Malmesburiae*.

P. 149. l. 32. add. not. conf. *Epistola HOBBSII ad Gassendum T. VI. Opp. p. 522.*

P. 155. l. 22. pro *ἀνδραῖς*, l. *ἀνδραῖς*. p. 168. l. 13. pro *republicas*, l. *respublicas*. p. 177. l. 13. pro *Rostae*, l. *Rofrae*. p. 202. l. 15. post voc. *perlegentis*, add. not. conf. qui historiam literariam biographiae Cartesianae luculenter exponit ANCILLON. *Memoir. concernant les vies et les ouurages des savans modernes*, p. 286. *seqq.* p. 203. l. 25. pro *omnes possent*, l. *apud omnes possent*. p. 214. l. 15. pro *videndi*, l. *viuendi*.

P. 218. not. b. Extant quatuor ad hunc Renarium epistolae Gassendi, T. VI. *Opp. pag. 24. 29. 37. 41.* ex quibus patet, plurimum huic philosopho Gassendum tribuisse, vltima quoque testatum fecit, quanta fuerit Cartesii aduersus Renarium amicitia. Hunc eo ipso die, quo vxorem duxit Vitraiecti coepisse per conuiuium male habere, et ex eo eductum paucis post horis interiisse, ficque non thalamum, sed feretrum, inuenisse, ex Bornii relatione, l. c. p. 31. annotauit Gassendus.

Hist. philos. Tom. V.

Bbb bbb

P. 221.

Pag. 221. lin. 20. pro *tum*, l. *tunc*. p. 222. not. col. 1. l. 6. pro XVI. l. XVII. p. 226. l. 7. pro *de futuri anni doctrina*, l. *de doctrina in futuro anno tradenda*.

Pag. 226. not. l. add. GASSENDVS, in *Epp. passim* vid. p. 25. 28. 31. 38. 46. 394. 396. p. 227. l. 9. a fin. pro *Hoolekio*, l. *Hoolekio*. p. 229. not. u. add. Non praetereundum hoc loco, quod ex ore Cartesiani cuiusdam se haussisse ait personatus MARVILLIVS, *Mel. d'hist. et de lit. T. II. p. 134. seqq.* machinam ἀνοήτων a Cartesio summa industria confectam, ut demonstrare possiet, bestias esse machinas, occasionem dedisse inimicis, hanc de Francino fabulam comminiscendi. p. 231. l. 4. pro *Racy*, l. *Raey*, ibid. l. penult. pro *constetatur*, l. *contestatur*.

P. 234. l. 3. voc. *Sorberius*, add. not. Consulendae hoc loco sunt epistolae Sorberii ad Gassendum, inter huius opera, T. VI. p. 447. 462. 470.

P. 235. l. 14. pro *irritatem*, l. *veritatem*. p. 261. l. 4. a fin. pro *demonstrata*, l. *demonstrato*. l. 2. a fin. post *intercedit*, add. *dissensu atque*. p. 248. lin. 14. a fin. post voc. *egerit*, add. not. Valde ideo reprehendit Bailletum, auctor anonymus, quem Bouhursium esse volunt, *Reflex. d'un Academicien sur la vie de Mr. des Cartes a la Haye 1692. 12. vid. Hist. des ouvrages des savans 1693. Juin, pag. 548.* p. 305. l. 7. pro *eandem*, l. *eadem*, l. 18. post *certas*, add. *leges*. p. 345. l. 22. post *Enatum*, add. *inde*. p. 347. l. 25. pro *quaqua*, l. *quod qua*. p. 348. l. 9. pro *et*, l. *ut*. p. 354. l. 20. pro *quanta*, l. *quantas*. p. 357. l. 23. pro *nullae*, l. *nullo*. p. 360. l. 8. pro *commendationis*, l. *commendationis*, ibid. l. 13. pro *omnem*, l. *omnes*. p. 361. l. 18. pro *ephimeridum*, l. *ephemeridum*. p. 362. l. 4. a fin. post *hausta*, add. *ogerere*. pag. 375. l. 7. pro *malam*, l. *malum*. p. 380. not. p. add. cuius exemplum esse potest, quod bibliothecarii Vaticani munus, post Norisii mortem a Casanata cardinale oblatum respuerit, vid. ill. IORDAN, *Recueil de litterat. p. 45.* p. 393. l. 11. pro *qud*, l. *quod*.

Pag. 396. l. 8. voc. *Bourgetus*, add. not. Magnum hoc Neocomensium Musarum ornamentum cum nuper fata nobis eripuerint, spes superest nulla, illis schedis Leibnizianis potiundi, quas publicas dare promiferat.

Ibid. l. 14. pro *qui*, l. *cui*. p. 404. l. 7. a fin. pro *rei*, l. *re*.

P. 415. l. 24. post *haec*, add. *thesis*.

P. 421. l. 11. post *etc.* add. not. Consulenda hoc loco erudita tractatio celeberrimi GESNERI de Ψυχῆ: Hippocratis, de qua tamen explicatio-
ne viri doctissimi alio loco sententiam nostram modeste exponemus.

P. 422. l. 27. post *explicuerunt*, add. not. Adiri hoc loco velimus, illustris MOSHEMI eruditionem, qui probaturus Servatorem nostr. Iesum Christum, resurrectionem mortuorum corporum qualem Christiani credunt, ex tenebris in lucem reuocasse et demonstraſſe, solide et eleganter, ut solet omnia, earum gentium et philosophorum sententias enarravit, qui mortem esse ultimam rerum lineam negarunt, vel eam transitum esse ad vitam, asseruerunt, *Dissert. ad H. E. pertinentium, Vol. II. pag. 586. seqq.* In his enim fuerunt, qui similem fere animae vitam morte non mutatam, sed alteratam tantum

tantum fundamentum suarum de statu animae post hanc vitam, opinionum posuerunt. pag. 424. l. 10. a fin. pro *violabantur*, l. *violabuntur*. p. 425. l. 29. del. *non*, ibid. l. 4. a fin. pro *tam*, l. *tamen*, ibid. l. ult. post *inimicum*, add. et *iniurium*. p. 427. not. m. l. ult. post *quam*, add. *quae*. p. 431. l. 25. pro *imitentur*, l. *imitantur*. pag. 444. lin. 6. pro *subiiciendae*, l. *abiiciendae*. p. 452. l. II. pro *vultus*, l. *fultus*. p. 453. not. k. l. penult. pro *et delineatam*, l. *est, delineauimus*. p. 464. not. d. col. 2. l. I. pro *Kotbius*, l. *Rothius*. p. 468. l. penult. pro *differit*, l. *edifferit*. p. 469. not. o. l. I. post *cuius*, add. *auctor*. p. 470. l. 5. pro *vitutum*, l. *virtutum*. l. 25. pro *quo*, l. *cui*. p. 481. l. 19. pro *fama*, l. *famae*. p. 507. l. 3. pro *ensque*, l. *easque*. p. 517. l. ult. pro *pertineat*, l. *pertinere*. p. 518. l. 22. pro *conservatione*, l. *conuersatione*. p. 522. l. 21. pro *praeferret*, l. *prae se ferret*. p. 528. l. 21. pro *gnaua*, l. *ignaua*. p. 529. l. 27. pro *epistola*, l. *epistolas*. p. 545. not. i. pro *cogitat*, l. *cogitandi*. p. 577. l. 5. pro *commendationibus*, l. *commentationibus*. p. 589. l. 10. pro *valetudine*, l. *valetudine*. p. 593. l. II. pro DV FER TRE, l. DV TERTRE. p. 598. not. g. Add. Comparandus cum iudicio Reimmanni de Mallebranchio acutissimus BVFFIERIVS, in eleganti tractatione: *de primis veritatibus et fontibus ratiociniorum intellectus humani*, p. 270. *seqq.* Is enim cum virtutes, quibus inter philosophos nostri temporis effulset Mallebranchius candide fassus, tum accurate quoque profecutus est, quae obelo configenda iudicauit. „Obseruat is, quamuis „totus Cartesianus esset, ingenii tamen elegantia et dictionis nitore, sectae „istius auctorem, in ea ornanda et augenda superauisse. Non enim decre- „ta Cartesii tantum excoluisse, sed et nouis luminibus, quantum poterat, „illustrasse. In eo autem praecipue valuisse virtutem ingenii Mallebran- „chiani, quod opiniones semel delectas ita pingere, ornare, commendare- „que potuerit, vt animos occupando trahendoque impossibile sit, ex ea „parte, qua intuendas offert, eas non recipere, certe, minime oculos posse „auerti, sed cum iucunditate contemplandam esse idearum et cogitationum „abundantiam, quae animi curiositatem pascat, eiusque attentionem mire „excitet, vt eos rei vultus intueatur, quos philosophus conspiciendos de- „derit. Ast monere quoque illos, qui sententiis eius non subscribunt: „quamuis contagio quodam lectores trahere soleat Mallebranchius, praefer- „uari tamen vno remedio mentem posse, si primis gressibus primisque quas „exponit, propositionibus examinandis lector inhaereat, cum enim paucis „quibusdam assertis omnem ratiociniorum suorum nexum inaedificauerit, „ita facillime refutari posse; quod si illa admittantur, cogi lectorem, vt et „ceteris inhaereat, et rapiatur eadem, quam ille insistit via. Modum enim, „quo principia sua commendat, non alium esse, quam capiendi eos, qui se „sponte decipi patiuntur. Nam solere eum difficultates opinionum, quas „refutat in apertissima luce ponere, earumque contemptum inspirare, suas „autem, quo licet modo et parte ea, vbi pulcherrime videntur, commen- „dare. Et hoc quidem pacto in dissertationis progressu ea velut certa et „omni exceptione maiora supponere, oblitum eas quibus premuntur, diffi-

„cultates adducere. Facile itaque confodi posse errores Mallebranchia-
 „nos: naturam animae consistere in cogitatione actuali, ideas esse obiecta
 „immediata intellectus, res externas clare, et vno oculi ictu earum modifi-
 „cationes exhibentia, ideas esse magis reales, quam reliqua, quae in vni-
 „uerso videmus omnia. Habere animum in se infinitos numeros idea-
 „rum, non cognosci posse naturam, essentiam et modificationes rerum,
 „nisi per ideas earum claras. Causas secundas nullius esse efficaciae, ha-
 „bere intellectum notionem infiniti, videre nos omnia in Deo, Materiam
 „consistere in extensione, etc.

Pag. 602. not. s. Valde commendat CROVSAZII, logicam BVFFIERIVS, l. c. p. 277. ob argumenti amplitudinem, obseruationum subtilitatem, veritates plurimas metaphysicas rite detectas et aliarum innumerarum parentes. Nexum autem tractationis, elocutionem haud satis diligentem et perspicuam, et definitiones quasdam sibi contradicere visas reprehendit.

P. 604. l. 5. a fin. pro *sublata*, l. *oblata*. p. 605. l. 5. a fin. pro *Tornardum*, l. *Toinardum*. p. 609. l. 14. voc. *consuit*, add. not. Idem valde in LOCKIO laudat BVFFIERIVS, l. c. p. 253. qui methodum eius a simplicissimis notionibus ad abstrusiores progrediendi, indeque vtilissimas veritates deducendi analyti autem accurata errores Cartesii aliorumque philosophorum detegendi valde commendat, illis quoque pollicem premit, quae de abstractione, iudicio, loco, aliisque ideis maxime simplicibus a Lockio dicuntur.

P. 610. l. 33. pro *deslitutum*, l. *deslitutam*.

P. 611. l. 7. a fin. voc. *similia sunt*, add. not. Reprehendit quoque in Lockio BVFFIERIVS, l. c. non omnia satis clare et enucleate esse tradita, eadem saepius repeti, aequiuocis vocibus lectori imponi, negari veritates morales vniuersales, minus firmiter nonnulla probari, asserique ingeniose magis quam solide, frustra distingui libertatem a voluntate, in quibusdam eum sibi contradicere, in haud paucis multa addenda et emendanda esse, vbi praeiudicium omne nondum eiurauerit, etc.

P. 621. l. 6. a fin. add. not. Plura de Digbaeanis philosophumenis in argumento naturali dabit GASSENDVS, *Phyf. Sect. I. L. II. T. I. Opp.* qui adeundus.

P. 622. l. II. pro *Schola*, l. *Scholae*.

Ibid. l. 12. a fin. post voc. PASCHIVS, add. not. Maxime vero confulendus, qui incredibili diligentia, attentione, et felicitate chemiae mysteria inuestigauit, egregium nuper Berolinensium Musarum decus CASPAR NEYMANNVS, ex cuius *Praelectionibus chemicis* a IOANNE CHRISTIANO ZIMMERMANNO, *Berol. 1740. 4.* vno fasce editis omnium pulcherrime constare potest, quousque ignis beneficio rerum naturalium penetralia sint reclusa.

Pag. 623. l. 20. pro *accesserunt*, l. *accesserint*. p. 624. l. 6. voc. *facti*, add. not. Plurimum hanc viri summi virtutem commendat, qui SAM-
 CLAR-

CLARCKII *Sermones de existentia et attributis Dei* Gallica lingua vulgavit RICOTIERIVS, *praef.* p. 13. qui etiam Boyleanae pietatis specimen immortalitate dignum explicat, quo certam auri summam philosophus non minus pius, quam acutus legavit, illis soluendam, qui singulis annis impietatem publicis orationibus essent oppugnaturi. Cui instituto nunquam fatis laudando praestantissimas virorum summorum tractationes debemus, quibus atheismi radices rationibus metaphysicis, et imprimis physicis armati succiderunt. Conf. GILB. BURNET. *Orat. in Boylei funere*, quae Latinae editioni *Sermonum* RICH. BENTLEII subicitur, p. 480.

P. 629. l. 5. a fin. pro *commilitione*, l. *commilitone*. P. 644. not. m. pon. lin. vlt. post voc. *insimularet*. pag. 645. not. r. pon. l. 9. a fin. post voc. *physicorum*. p. 656. l. 11. pro *Hyppocratem*, l. *Hippocratem*. ibid. l. 16. pro *Seructi*, l. *Seructo*. p. 657. l. 12. a fin. pro *copusculis*, l. *corpusculis*. p. 661. l. 30. post *magnetica*, add. *usus*. p. 666. l. 3. a fin. pro *enarrandam*, l. *enarranda*. p. 676. l. 11. a fin. pro *maledicentiae*, l. *maledicentia*. p. 679. l. 18. del. *sed defensis quoque*. p. 679. l. 12. a fin. pro *tumore*, l. *rumore*, ib. l. vlt. pro *Misit*, l. *Risit*. p. 681. l. 16. pro *manifesto*, l. *manifeste*, ib. l. 25. post *discipulum eius*, pon. *comma*, ib. l. 28. pro *daemones*, l. *daemon es*, ib. l. 31. pro *Antycyris*, l. *Anticyris*. p. 628. l. 20. pro *enarravit*, l. *enarrant*. p. 683. l. 13. pro *RAMIVS*, l. *LAMIVS*. p. 685. not. n. l. vlt. pro *FVAN*, l. *FRAN*. p. 687. l. 15. pro *cum*, l. *eum*. p. 689. l. 15. post voc. *velle*, add. not. conf. *Cheuraeana*, T. II. p. 99. et imprimis qui de vera causa reiecta a Spinoza vocationis Heidelbergensis curiose disserit, DAV. ANCILLONIVS, in *Memoriis ad vitas et scripta virorum nonnullorum in republica literaria hodie celebrium pertinentibus*, p. 154. seqq. pag. 592. l. 13. pro *auctioribus*, l. *acutioribus*. p. 694. l. 9. a fin. post *quae*, add. *se*. p. 701. l. 8. a fin. pro *Hossivm*, l. *Stossivm*. p. 703. l. 12. pro *Cum*, l. *Eum*. p. 704. l. 9. a fin. pro *navitatem*, l. *natiuitatem*. p. 705. l. 20. pro *pertinet*, l. *pertinent*, ib. l. penult. pro *adducti*, l. *adducto*. pag. 707. not. o. l. 2. pro *statuant*, l. *statuunt*, ib. l. 4. pro *109*, l. *cog*. ibid. l. 5. pro *Bvddei*, l. *Bvddeo*. col. 2. l. 1. pro *et*, l. *conf*. p. 725. l. 17. pro *gregie*, l. *grege*. pag. 734. l. 16. pro *donatus*, l. *donatis*. p. 736. l. 3. a fin. pro *qua*, l. *quam*. p. 739. l. 9. post *mirum certe*, add. *et*. p. 749. l. 20. pro *ἀδυσία*, l. *ἀδυσίαν*. p. 751. l. 5. a fin. pro *immensas*, l. *immersas*. p. 754. l. 8. post *foetum*, add. *Esaias*. p. 771. l. 16. pro *atheismi*, l. *atheismo*, ib. l. 24. post *Palatini*, add. *filio*. p. 776. l. 26. pro *et*, l. *quam*. p. 778. l. 1. post *ciuiles*, add. *tam*. p. 789. not. p. pro *serie*, l. *serio*. p. 793. l. 7. pro *Iam*, l. *Tam*. p. 795. l. 24. pro *deprehenduntur*, l. *quaeruntur*. p. 800. l. 16. pro *Evdæmon*, *Ioannes Gretserus*, l. *Evdæmon Ioannes*, *Gretserus*. pag. 811. l. 20. pro *verbi*, l. *vrbi*. p. 826. l. penult. pro *tantum*, l. *tantam*. p. 830. l. 22. post *excurrisse*, add. not. Digressas ex Aegypto esse ad terras alio sub sole calentes colonias aliquot exemplis probat DIOD. STEVLVS, L. I. *fin*. Qui quoque, L. II. aliam viam narrat, qua religio et consuetudi-

nes Aegypti ad Indos peruenerint. Refert enim Sefostrin Aegyptiorum regem, omni gentis suae eruditione innutritum, post conscensum solium in Indiam soluisse, et magno exercitu non modo prouincias, quas postea cepit Alexander M. expugnauisse, sed alias quoque, quas nunquam ille accessit, Gangem transiisse, et uniuersam Mediam usque ad mare peragrauisse, ritus quoque Aegyptiacos inter illas gentes disseminauisse. Quam quidem narrationem in dubium vocat, eruditissimus SHVCKFORDVS, *Harm. mon. scriptor. sacr. et prof. L. VI. Vol. II. p. 35.* eo quod Herodotus, Manetho, Eusebius, aliique ad Indos penetrasse Sefostrin taceant, et Bactriam, Scythiam, Asiam terminos expeditionis eius ponant. At non satis firmas hae rationes nobis videntur, ut fidem Diodori in dubium vocare possint. Nam nuspian in Indiam Sefostrin penetrasse scriptores hi negant, Bactriam attigisse disertè tradunt, quae vicina Indiae pars est. Ex qua etiam regione Indi cis Gangem facile sua haurire, vel sacerdotes Aegyptiaci ad eos transire potuerunt. Qui itaque tantam tamque frequentem religionis Aegyptiacae atque Indicae conuenientiam a Sefostris aetate deriuant, (quamuis postea per colonias ex Aegypto tempore pastorum, et post eos in Cambyis inuasionem, multa quoque ad hanc gentem Aegyptiaca peruenerint,) nihil asserunt, quod verisimilitudine destituatur. Sefostrin enim sacris valde addictum, ipsisque sacerdotibus admirabilem fuisse, ubique locorum autem patriam religionem disseminauisse DIODORVS, l. c. refert. Attentione quoque dignum est, quod is narrat, columnas statuisse Sefostrin in gentibus deuictis, hominis pudenda: haec enim et Aegyptiis in sacris habita fuisse, et hodie Indis sacrosancta, et diuinitatis symbola haberi perulgatum est, licet Diodorus rationibus Graecanicis occupatus ea ad fortitudinis et timiditatis symbola trahat. Post Sefostris tempora, ex Manethone IOSEPHVS *contra Apion. L. I.* refert, Aegyptios regnante Conchari, vel Timaeo per omnem orbem dispersos esse ab irruptione pastorum, ex Oriente in Aegyptum irruentium, quorum rex Salatis veteres colonas gregatim excedere Aegypto coegerit. Quarum haud paucas ad Indiae ora fuisse delatas, dubitari non potest, sciremusque certe, si extaret libellus Istri, *de coloniis Aegyptiorum* deperditus, vid. VOSSIVS, *de Hist. Graec. L. IV. p. 469.* IONSIVS, *de S. H. Pb. Lib. II. c. 6. p. 170.* Colonias Aegyptiorum autem, religionem, theologiam, ritus, instituta patriae ad peregrinas terras detulisse, Assyria Aegyptiorum Colonia a Belo deducta, si vera est Diodori narratio, ostendit.

Pag. 833. l. 22. pro *solicitate*, l. *sedulitate*. p. 835. l. 15. pro *est*, l. *et*. p. 836. l. 9. a fin. pro *masculiuas*, l. *masculinas*. p. 846. not. d. col. 2. lin. 1. pro *creatione*, l. *oratione*.

P. 852 l. 3. post *licere*, add. not. Quid huic potissimum argumento obuertere possit, non inuidebimus lectori, ut historici partibus et officio rite fungamur. Nempe cum ea de re monuissemus venerabilem senem *Alphonsum des Vignoles*, cuius immortalia, de chronologia veteri merita sunt, eo quod non doctiorem et accuratiorem huius rei arbitrum nossemus, ille, qua

qua erga nos est benevolentia, circa initia auctumni anni praeteriti fuisse respondit, et hunc nodum solvere conatus est. Dabimus ipsius viri magni epistolam, dignam quae hoc loco, velut appendix quaedam, tota legatur. Ita vero ille:

Votre lettre du 14. Août m'a rappelé me vieilles idées, eu me communiquant un long passage de M. Kortbolt, qui ne m'étoit pas connu. Il se fonde sur une table chronologique fort rare, que le President de la Société Royale lui avoit procurée, quand il étoit a Londres. Apparemment c'est la même, dont j'ai un Exemplaire depuis 6. ou 7. ans. Elle a de longueur 38. pouces et demi, et de largeur 21½. pouces mesure d'Angleterre: outre le papier blanc des marges. Elle fut gravée à Rome l'an 1729. et l'année suivante les Journalistes de Trevoux (an. 1730. Janv. 179-182.) donnerent un extrait précis de l'avertissement, qui est à la tête de cette table, et qui finit par ces mots: Edebat Francisc. Fouquet S. I. episcopus Eleutheropolitanus.

Bien loin que cette table démontre que toute la Chronologie des Chinois soit vaine, (quatenus antiqua est,) je trouve qu'elle s'accorde à merveille avec le système, que je me suis fait sur ce sujet, et qui est le plus commun.

1. Puisque M. Kortbolt a un exemplaire de cette table, je le prie jeter les yeux sur la première colonne, qui est à la droite suivant la manière des Chinois, et de remarquer que les 52. premiers Quarrez n'ont, ni le nom d'aucun Roi, ni des Années. C'est seulement au bas de la colonne qu'on lit le nom de Guei Lie, dont la première Année répond à Ping Chin, qui est la 53^e. du cycle. En effet, l'Empereur Guei Lie commença à regner l'an 53. du cycle 38^e. (Martini, p. 140. al. 158. Couplet Tab. p. 15. Menzel, p. 47. Fourmont reflexions etc. T. II. p. 444. col. 1.) Indices sensibles que ce n'est ici qu'une suite d'une Table antédédente.

2. L'avertissement, qui précède, dit que l'Epoque, par où la Table commence est vraie et certaine, depuis 400. ans avant J. C. Mais l'Editeur ajoute: „cum autem dico epocham veram historiae Sinensium, intellige, Lector, non initia Sinicae gentis, quae Diluvio ipsi proxima fuisse persuasissimum habeo, sed tempus illud, quo rerum apud gentem gestarum narratio nixa certis argumentis esse incipit, et digna fide videri potest.” Ce n'est donc pas ici la première ou la plus ancienne Epoque des Chinois, puis qu'il faut remonter jusqu'au deluge, dont le tems n'est fixé, ni dans l'histoire des Chinois, ni même dans l'Ecriture sainte et sur quoi les Chronologistes ne sont pas d'accord.

3. Le Titre de cette Table Indique plus naturellement le terme, jusqu' où il faut remonter. La Table doit être connexa cum cyclo, qui vulgo Kia Tse dicitur. Comment cela? Si l'on n'y comprend pas les cycles, qui se sont écoulés depuis leur institution. Or depuis Hoam-ti, à qui on attribue l'invention de ce Cycle, il y en a eu 37. complets jusqu'

au

au tems de Guei-Lie: et dans nôtre Table il y-en a eu environ autant jusqu'à nôtre Siecle. Ainsi cette dernière Table commence à peuples, au lieu de l'interval, qui a couru jusqu'à présent. De sorte que par ce moyen nous avons deux époques Memorables: l'une depuis Hoam-ti l'autre depuis Guei-Lie: et l'on peut naturellement supposer deux Tables de même grandeur et de même forme.

4. La dernière doit être remarquable a plusieurs egards. 1°. C'est la que commencent, les annales de la Chine, que nous avons ici dans la Bibliothèque du Roi: surquoi j'ai déjà publié, (Miscell. Berol. Tom. IV. p. 25.) une Remarque, que voici. Lorsque nôtre Grand Electeur fit venir les annales de la Chine, au lieu qu'on lui envoyoit les deux parties générales, qu'elles doivent contenir, on lui envoyoit deux exemplaires de la seconde, nescio quo fato comme je disois alors. Ce fut, apparemment, quelque meprise entre le Vendeur et l'Acheteur D'ou pourtant on doit conclurre, que je ne dois compter sûrement que sur cette dernière Partie que nous avons: en quoi nôtre Table sera toujours d'un grande usage.

5. Cette époque est véritablement importante pour l'Histoire de la Chine. Ce fut sous le Regne de Guei-Lie, que commencèrent les Guerres de 300 ans, dont ont parle communément, a la Chine comme nous faisons aujourd'hui de la Guerre de 30 ans qui arriva au dernier Siecle. Voyez là dessus Martini, Couplet, et Mentzel, déjà citez de meme que la magnifique Histoire du P. du Halde (T. I. p. 357.)

6. En fin nos Annales démontrent aux yeux, qu'elles ne sont, qu'une suite ou une continuation des annales précédentes. 1°. Elles ne commencent ni au Chef de quelque famille Imperiale, ni au commencement de quelque Cycle; ni même a la première Année de Guei-Lie mais, (Misc. Berol. IV. 26.) a l'année 23°. de cet Empereur, nommée Vu-Yin, qui est la 15°. du Cycle suivant. 2°. Sur le dernier Empereur de la Famille Cheu il est dit, que cette Famille regna 876. ans jusqu'a l'expulsion de Nanyam. D'ou on doit conclurre, que Cheu commença à regner l'an 1122. comme cela est marqué dans Martini Couplet et Mentzel.

Ces raisons me paroissent suffisantes pour satisfaire aux difficultez de Mr. Korbolt. J'espère de prouver l'Histoire de la Chine par des preuves directes dans la Chronologie de Moïse bien entendue, dont vous avez fait Mention a la fin de mon Eloge. J'ai l'honneur etc.

Haëtenus vir celeberrimus, et in temporum antiquorum difficultatibus explicandis acutus atque felix. De quibus eius rationibus dispicere ipsum Lectorem iubemus, ubi rarissimae istius tabulae Sinenfis copia ei data fuerit, qua nos caremus. Nobis concedi posse facile, videtur, antiquiorem esse Sinarum gentem ista, quae in ea tabula definitur, epocha; at, si recte viri optimi et celeberrimi verba assequimur, ipse non negat, monere Tabulae editorem, ab ea demum epocha tempus illud inchoandum esse, quo rerum apud hanc gentem gestarum narratio nixa certis argumentis esse incipit, et digna fide videri potest. Ex quo consequitur, antecessis

dentis temporis rationes non esse certas et expeditas, et nec cum Sinarum nec Scriptorum sacrorum narrationibus satis constare, ut ipse Vir Summus innuit. Id quod ea recolens quae in hoc §. diximus facile comprehendet. Ex hoc vero confici putamus, ad vetustissimam Sinicae gentis historiam ob incertitudinem tuto prouocari non posse. Certiora vero, nisi coniecturis forte fidat, a viro praestantissimo expectantes magno desiderio eius chronologiam a condito mundo ad Mosen exoptamus.

P. 853. l. 2. ad voc. *Noachum ipsum*, add. not. Magno ingenii et eruditionis apparatu hanc opinionem ornare nuper post Whistonum conatus est SCHVCKFORDVS in *Harmon. script. Sacr. et prof. Vol. L. I. p. 20. L. II. pag. 69.* Audiendae viri docti rationes sunt, ne praeter fas reiecit hanc opinionem videantur. Urget ille: 1. Fohium ἀπάτορα dici: Noachum vnicum hominem ex diluuiio emergentem fuisse, hincque sine patre extitisse videri potuisse. 2. Matrem Fohium concepisse iride compressam; iridem autem characterem Noachiticae historiae esse. 3. Tradere annales septem pecudum genera sacrificiis Spiritui Summo coeli et terrae offerendis destinata Fohium domi aluisse, haustum autem id videri ex sacris oraculis, septena animalium genera Noachum ex arca eduxisse tradentibus, et ex his sacrificium Deo immolasse testantibus. 4. Nomen Fohii a sacrificiis deriuari. Noachi a venia sacrificio obtenta creaturis ad hominum usum vtendi. 5. Fohium in prouincia Xeusi habitauisse, quae borealis pars Chinae contigua sit monti Ararat, in quo demiserit se arca. Noachum mature populis repleuisse Indiae partes, ut potuerint filii dispersionis has Orientis gentes quae Bactriam et viciniam inhabitauerunt, bello aggredi, illae vero vim vi repellere. Tandem et 6. temporum rationes satis accurate sibi respondere putat. Non carent specie quadam eruditi scriptoris coniecturae, at examen feuerius, si quid iudicamus, non sustinent, nec persuadere nobis posse videntur Fohium cum Noacho eundem esse, pleraque enim nudis hypothefibus nituntur, quibus negatis omnis illa demonstratio corrui. Nam 1. Sinae non dicunt, patrem Fohii ignorari, sed conceptum esse sine patre, vestigio hominis proceri calcato, et iride matre circumdata. Quid hoc praeter iridem, commune phaenomenon, ad historiam Noachi, quem habuisse parentes filii eius in arcam ingressi satis norant. 2. Quae de sacrificiis Fohii traduntur, magis eneruant hypothefin, quam adstruunt. Sacrificauit enim *y biang xin ky*, id est coelestibus et terrestribus spiritibus, vbi vox Sinica *Ky*, specifica est ad terrestres spiritus significandos, ita ut MINORELLIVS, in *Exam. hist. Sin. Iuuenctii*, p. 125. audacter pronuntiet, ne vnum Sinam inueniri, qui has aliter literas explicet, aut quam distat hoc a Noachi sacrificio. 3. Ficulneum autem est, et longe petatum, quod a nominis significatione argumentum sumitur. Noachus enim a tranquillitate dictus antequam sacrificasset. Quae vero 4. ex habitatione valde antiqua partium quarundam Indiae borealium concluduntur, non plus euincunt quam terram, quam Noachus post diluuium inhabitauit, non adeo remotam fuisse a Sinensium terris, ut non mature a

Hist. philos. Tom. V.

Ccc ccc

poste-

posteris Noachi coloniae deduci illuc potuerint; quod tamen ipso Noacho viuente factum esse prorsus vero est dissimile. Nec 5 tempora concordare ex iis, quae supra diximus, constat; ex his enim patet, tempora Fohii, qualia a Sinis definiuntur, supra diluuii tempora assurgere. Quod si 6. recordemur, Sinas tradere de Fohio, fuisse eum rudis et belluinis moribus viuentis populi magistrum primum, qui eos ad humanitatis sensum reuocauerit, apertissimum est, Fohium cum Noacho eundem esse non posse, sed ad ea tempora reiciendum esse, quibus coloniae a filiis Noachi per Orientem sparsae tandem veri cultus diuini omnisque rationis vfum amiserint. Id quod Noacho viuente contingere nondum potuit, cum illo atque filiis eius viuentibus familiae eorum institui rationis et reuelationis praefidiis fatis potuerint. Mittamus itaque hanc comparationem sacrarum literarum historia indignam, certi, Fohiana tempora non esse ita certa, vt is cum Noacho possit vnus idemque haberi.

Pag. 856. lin. 17. pro *regi*, l. *regni*.

P. 870. l. 21. post voc. *diximus*, add. not. Memcii vitam nuper elegantia commentatione exposuit, vir eruditissimus dignusque auita doctrina gloriaque, IOANNES BENEDICTVS CARPZOVIUS. Erat philosopho domesticum nomen Ko, aut Mem-Ko, Iaponensibus, teste KAEMFFERO *Itiner. Iap. L. III. c. 7. T. II. p. m. 71.* Moosi dicitur. Natus est in regno Tfeu, vel Chu tunc dicto, quod hodie Xantum audit, ex illustrissima gente Mem-fun, anno ante N. C. CCC LXXI. Imperatore Sinarum hieuum, annis post Confucium septem supra centesimum. Enutritus disciplina Confuciana a praeceptore Tfu-fu, (qui ex schola Tsem-fu prodierat, vt hic ex Confucii,) tanti sapientiae doctoris praecepta diligenter hausit, collectisque thesauris philosophicis, iter literarium instituit, eo, vt videtur animo, vt Confucium imitaretur, et se gentis moribus emendandis accingeret. Profectus igitur ad regni Cy monarcham Siuen-uam, cum spe frustraretur, nec regis animus mutaretur, septem regna eodem scopo intentus peragrare constituit, bellicis autem tumultibus impeditus est. Ideo reuersus in patriam Chu, scholas aperuit, discipulos non plures nactus, quam septendecim, quibus sapientiae Confucianae mysteria explicuit, libros quoque classicos Sinenfium et annales imperii ad normam Confucianam emendauit. Id quod susceptum ab eo illam ob causam annales Sinici referunt, quod valde in contentum et obliuionem esset adducta Confuciana sapientia, haud pauci quoque, quam non recte intelligebant, perperam interpretarentur. Quibus cum se Memcii praeceptor Tfu-fu opposuisset, qui sinceram seruauerat doctrinam Confucii, mirum non est, Memcium ex eius disciplina progressum, eam felici euentu restituisse. Aduersarios autem expertus est, philosophos Yam et Me, quorum haud exigua apud sectatores suos fuit auctoritas, quorum clamoribus cum contemptus quidam Memcii inter Sinas accessisset, eo quod nulla dignitate, nullo magistratu fulgebant, valde industria Memciana in prouehendae philosophiae studio sufflamina est. His enim causis impeditam Memcii diligentiam scriptores Sinici

Sinici adscribunt. Suspiciamur autem, fuisse hos philosophos ex secta Li Lao Kiun, quam vehementer Confucianae scholae fuisse aduersatam, magna vero auctoritate inter Sinas viguisse supra obseruauimus. Quod itaque uiua voce efficere non poterat, scriptis commentaris Confucianis obtinere fategit, magnamque inde et apud Sinas et apud Iaponenses laudem meruit, adeo ut post Confucii scripta libri eius secundum obtinerent locum. Inerat enim viro erudito acumen ingenii, et imprimis facundia, qua Confucium superasse, COVPLETVS, ait, vitae autem innocentia et morum probitate plurimum ei concessisse; aliter tamen aliis de eo pronuntiantibus. Eminet memoria Memcii libris quatuor Su-xu, siue interpretatione librorum quinque classicorum, quos auctoritatem classicam inter Sinas et Iaponenses obtinuisse supra memorauimus. Hos cum libro sententiarum Confucii a Memcio vulgato et aucto, et de bono regimine aliisque ab eo vel scriptis vel commentatione explicatis plurimum suspicit Sinarum secta litterata, quosdam edidit, ut supra dictum Franc. Noëlius, commentariis illustrarunt philosophi nonnulli Sinici. Exemplum auctoritatis, quam tandem in gente sua ob doctrinae claritatem obtinuit esse potest, quod progenies eius Mandarinorum iure et dignitate inter Sinas, ut Confucii, et Laotani, floreat. Obiit anno aetatis octogesimo quarto, ante C. N. CCLXXXVII. cycli Sin. XLI. anno nono. Haec ex COVPLETI et sociorum obseruationibus NOELII praefatione, MENZELII Chronologia Sinica, SPIZELII Literatura Sinica etc. diligenti et iucunda dissertatione collegit, quem laudauit cl. Carpzouius, qui plura desiderantibus adeundus est.

P. 884. l. 6. pro *dicit*, l. *dicitur*. p. 889. l. 20. pro *constare*, l. *docere*. p. 896. l. 4. pro *Et*, l. *Est*, ib. l. 4. a fin. pro *ea*, l. *eam*. p. 903. l. 4. pro *voluntatibus*, l. *volutantibus*.

P. 917. l. 5. voc. *Moosi*, add. not. Hunc Memcium esse ex libris illi tributis constat: et hos solos, non autem ipsum Memcium in Iaponiam peruenisse verisimile est.

